gnalis oibus totaliter et plenarie incorporans atque subijciens palam libere publice ac perex

pressum recognovit Quia ipse Nobilis Lucas Czaykowski Filius sui Recognoscentis

Consorti suae et eius posteris Summam Centum et Quinquaginta florenorum polon ratione

verae et iustae dotis et expeditionis post ipsius acceptae et in domum suam importatae Nec

non aliam similem summam Centum Quinquaginta florenorum polon ratione Certi veri iusti

et liquidi Dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haere

ditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum nec non

Auri argenti Clenodiorum vestium vestimentorum, Pecorum, pecudum, Equitiarum ac totius su

pellectilis domesticae nunc habitorum et in posterum habendorum Dedit, dotavit, dotalitiavit in

scripsit et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat inscribit et reformat praesentibus

Per ipsam Nobilem Evam Czaykowska Consortem suam leg(iti)mam et eius successores eandem medie

tatem bonorum suorum generaliter omnium Inscriptionis praesentis Reformatorii obnoxiorum

cum Universis utilitatibus et usufructibus tenendi, habendi et possidendi, ac ad usus

suos et suorum successorum quosvis bene placitos libere et effectualiter convertendi

Vigore ac more aliarum Reformationum hac tenus et diutius in Regno nostro obser

vari solitarum Hac sua praesenti personali Recognitione ad praescripta omnia mediante.

# Grochowski Brzozowskiemu Donat

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premysliensis Nobilis

Joannes Grochowski sanus mente et corpore exire a Terris Districtibus Iuribusque suis

Dominusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedens praesenti vero Castrensi Capitaneali

Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis gnalis

omnibus totaliter et plenarie incorporans atque subijciens palam libere publice

ac per expressum recognovit Quia ipse Bona sua propria infrascripta nec

pe totam et integram sortem suam a Nobili Hrehorio Sarapata Sieleckj modo quovis
acquisitam in bonis villa Sielec Terrae praesentis Przemysliensis jacentem et consistentem cum omni
Comissorum Iure dominio et proprietate tituloque haereditario cum omnibus et singulis bonorum
seu sortis eiusdem utilitatibus, fructibus proventibus reditibus commodis emolumentis
obuentionibus attinentiisque et pertinentiis quibuslibet universis. Nihil ex Comissis Iuris dominii pro-
prietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente haeredibusque successoribus aut
quopiam alio reservando seu excipiendo verum prout praefata bona seu sortem praesens Re-
cognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumque concernebant, ac eidem serviebant iam ex nunc
et de facto Nobili Joanni Brzozowskj eiusque posteris dedit donavit inscripsit et re-
signavit prout dat, donat, ac titulo puro mero ac irrevocabilis donationis inscribit et
resignat praesentis. In quorum quidem bona praesentis donata ex nunc et de facto idem Recognoscens
suprascripto Donatario suo eiusque posteris coram officio praesenti dat et admittit realem
Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles
duos die quacunque voluerit officiose acceptandam. Per ipsum Donatarium suum et eius poste-
ros bona praefata praesentis donata cum omnibus eorum utilitatibus et usu fructibus tenendi habendi
et possidendi illisque quiete et pacifice uti fruendi ac ad usus suos suorumque successorum pro-
nis beneplacitum libere et effectualiter convertendi perpetuis et aeternis temporibus
Debetque et tenebitur iamdictus Recognoscens prout se ac suos haeredes in et super bonis suis
quibuslibet omnibus summisque pecuniis quibusvis nunc habitis et in post habendis praefato Donatario suo
inscribit et obligat praesentis ipsum et eius successores in dictis bonis praesentis resignatis et ratione eo-
rundem ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque condi-
tionis status et sexus cuiusvis existendo exorituram per omnes Conscriptiones Terrestres prout ad
quamlibet personam terrestris spectat et pertinet Conscriptio in omni Iudicio et Officio

Regni

Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et elibe-
rare indemnemque eum posteris reddare. Nec non bona seu sortem praefatt. praefati donattarii ab omnibus
in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona seu sortem cuiuis
personarum modo quovis factis et faciendis Tum etiam a quibusuis Litteris super eadem bona seu
sortem praefatt. praefati resignattoris inportatis et importandis Lueris dorig et per lueris Processibusque
Iuris quibusuis in quocunque puncto et gradu Iuris dependendis et in quouis Iudicio et Officio
Regni obtentis et obtinendis ac super praefatis bonis praefati resignattoris perductis et perducendis
emundare et eliberare mundaque et libera semper facere Ac etiam Intromissionem praefatt. coram
Officio praesenti admissam in fundo bonorum seu sortis praefatt. praefati donattarii dum per Ministerialem
et Nobiles duos officiose requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libe-
re et effectualiter dare et admittere dataque et admissa eadem possessionem et usufructum
praemissorum omnium modo quovis tam per se quam per suas quasuis submissas et subordina-
tas personas non impedire nec adimere Ipsumque Donatarium suum et eius posteros in
praemissis omnibus praefati resignattoris non inquietari Ita ut eadem bona seu sortem praefati resignattoris
idem Donatarius suis cum posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis donationis vigo-
re tenere habere et possidere queat perpetuo et in aevum irrevocabiliterque Idque sub
damnis Terrestribus triplici atque corporali Iuramento taxandis et edicendis per eun-
dem Recognoscentem Nobilem Ioannem Grochowski aut eius successores supraspecto Nobili
Ioanni Brzozowski Donatario suo vel eius posteris ob non completionem praemissorum
omnium et singulorum tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit
ad soluendum succumbendum Pro quibus quidem damnis terrestribus triplici taxandis aere aliqua
principali ex praemissis non completis complendis bonisque eius omnibus Recognoscentis Nobilis Grochowski
siue ipsius successores ad instantiam praefati Nobilis Brzozowski Donatarii sui siue ipsius posteriorum
Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense Extunc recessu suprascripto

quo ad respondendum spectat mediante semper in primo litteris termo tanquam peren-
ptorio stare iuri parere videre Damza praefata terra luere inscriptioni huic satisface-
re ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia
obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem
terminos semper peremptorios veram in firmitate, pro maiori minorennitate successorum
legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad armamenta ad Iudicium vel
alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem ultra
proximos officij praefati Castrensis Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque
Motiones Appellationes ac earum prosecutionem faciendo ac quaevis omnia praemissis simplicibus
vel triplicatis evasionibus insperationibus fatalibus iuris praescriptione Terrarum bellis con-
ventionibusque alijsque quibusvis iuris remedijs et defensionibus non subterfugiendo nec modo
quovis evadendo Stat sua praesenti personali Recognitione ad quam se mediante.

+ **Idem Sieleckiemu Donat**

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis
Ioannes Grochowski Sanus mente et corpore exemptus a Terminis dictibus iuribus iuris-
dictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus modo praesenti iure Castrensi Capitaneali Premi-
sliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis quibuscunque
totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum
recognovit Quia ipse bona sua propria infrascripta videlicet totam et integram sortem
suam in fundo Dziurdziowskie iacentem et consistentem penes [illegible] Nobilis Stephani
Sielecki in bonis villis Sieler Terra et Districtu praesentibus Premisliensibus iacentem et consistentem
Cum omni quaesito Iure dominio proprietate ac quavis competentia et originali titu-
loque haereditario Cunctisque omnibus et singulis eorundem bonorum seu sortis praefatae utilitatibus

fructibus